

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA IOHANNIS PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

nopolitane ecclesie pariter exultamus in domino, ita de reliquorū quoque sicut affectione admones redintegratione letemur, & curemus premiū, ut fidem integritatēque nostram immaculatā ab omni cōtagione seruemus. Nosti enim frater charissime ac sanctissime, quia ecclesiastica seruantur vincula cōcordiam que nos ab hereticorū tueatur insidiis per quā etiam canonū custoditur integritas. His in robore suo omni circūspectione seruatis remedia sperantibus conseruātur. Habet enim ecclesiasticum ordo regularū, & ipsius forma iustitię, ut medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus non negetur, nec quisque est ita ab humanitate discretus quē non a rigore distractionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut caute hoc ceterasque querelas, aut errores alicuius eui valeas expedire dilectissime frater personam meā te in hoc oportet induere scientē in huiusmodi causis sicut predictū est, quid cauendum sit, & ita omnia preuidendum, ut te non ambigas rationē dispensationis huius deo esse reddendam. Ita tamen ut eos qui vobis fuerunt cōmunionē sociati vel perversos sedē apostolice vestra nobis scripta declarent quibus etiam, & quā continentia libellorū obtulerint inferatur. Sic quoque humilitatem debemus tenere in mente, ut inde ordinis nostri dignitatem seruemus in honore, quatinus in nobis nec humilitas timēda, nec ratio sit superba. Omnipotes deus charissime sua te protectione custodiat atque ad celestis remunerationem patrie multiplici animarum fructu perducatur. Deus te incolumē custodiat reuerentissime frater. Amen. Data octauo kalendas Octobris Valentiano, ii, & oreste, iiii. cc. consulibus.

INCIPIVNT DECRETA IOHANNIS PAPE.

A EVERENTISSIMO FRATRI VALERIO EPISCOPO IOhannes. Scripta tue sanctitatis suscipiens plena ea fidei regula qua primū polles inueni, & deo gratias retuli quod anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea que significasti quosdam dicere, quod non sit filius equalis patri, & quod in euangelio scriptum sit, pater maior me est, scias non recte intelligere tales filii dei regulas, nec rectam fidē penes se habere. Paulus apostolus non secundum deitatis naturā christū creatum insinuat, sed secundū humane nature substantiam eundem creatū affirmat, ipso ephesiis cōscribēte. Renouamini inquit spiritu mētis vestre, & induite nouū hominem qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Et ad hebreos. In eo enim in quo passus est ille & tētatus, etiam potest his qui tētantur auxiliari. Vnde sancte vocationis participes semper celestis considerate apostolum & pontificē confessionis nostre Iesum fidele existēteque qui creauit eum. Et ad colosenses. Nūc autem deponite & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiamque ex ore vestro non procedant. Nolite mētiri inuicē expoliātes vos veterē hominem cum actibus suis, & induentes nouū cum eo qui renouatur in agnitione secundum imaginē eius qui creauit eum, nunquid is qui vniuersam creaturam visibilia & inuisibilia a propria potestatis virtute pcreauit ac fecit, se ipsum antea vel postmodum quod dicere nefas est, creauit vel facere potuit. Filius minor est patre in assumpti hominis forma, equalis vero patri est in deitatis nature substantia, eodē protestante. Ego & pater vnum sumus, & iterum. Qui me videt videt, & patre, & iterum. Qui odit me odit & patrem, Et iterum, ut omnes honorificēt filium sicut honorificauit patrem. Et iterum, ut sint in nobis vnū, sicut & nos sumus vnū. Et iterū. Tu in me & ego in eis. Et iterum, Omnia tua mea sunt. Et iterū, ego in patre & pater in me. Et iterum, Pater in me manens facit opera hec, & Iohannes euāgelista ait. In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbum. Et iterum ipse ad parthos. Tres sunt inquit qui testimonium perhibēt in terra aqua, sanguis, & spiritus tres in nobis sunt, & tres qui testimonium perhibent in celo, pater verbum & spiritus. Et hi tres vnum sunt. Nos itaque in natura deitatis, quia vnum sunt pater & filius, nec patre credimus aliquo tempore precessisse, ne maior sit filio, nec filium postea natum esse, ut deitate patris minoretur. Si equalis patri filius nō est, cur ita de illo Iohannes euāgelista testatus est. Propterea inquit persequēbantur iudei Iesum & querebant eum occidere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, equalē se faciens deo. & Paulus apostolus. Hoc sententię in vobis inquit, quod & in Christo Ihesu, Qui cum in forma dei esset constitutus non rapinā arbitratus est esse

est esse se equalem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Et in salomone, qui genuit me requieuit in tabernaculo meo, & Elaias sicut est ab initio ita usque in seculum, neque adiectus est ei, neque minuetur illi, ipse est enim dominus creature sue qui nichil eguit ab aliquo, & in psalmo. lxxii. Quid enim michi est in celo, & ad te quid volui super terram. Hec omnia filium non inferiorem naturam demonstrant, sed equalitatem deitatis annuntiant, quoniam qui utraque locutus est verum dixit, quia veritas mentiri non potuit. Taliter frater charissime semper age ceterosque omnes agere mone, ut abolito hoc qui natus videbatur errore in laudem & gloriam dei per totum mundum una fides sit & una eademque confessio, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Data enim nonas Augusti iustiniano & athalarico. iiii. cc. consulibus.

INCIPIT EPISTOLA AGAPITI PAPE AD ANTEMIVM
Constantinopolitanum episcopum de duabus naturis in vno Christo.



AGAPITVS ANTEMIO EPISCOPO SALVTEM, MVLTTO gaudio essem repletus, si te talem circa ecclesie pacem & gloriosissimi imperatoris atque populi doctrinam reperissem, qualem te in primordio esse audiui. Sed nunc qui a didicimus a reuerentissimis fratribus te contra statuta patrum imperatorem, & reliquos populos docere, ita ut negata humane carnis atque anime veritate tantum dominum nostrum Iesum Christum unius asseras esse nature tanquam verbi deitas ipsa se in carne animamque verterit, & tanquam concipi ac nasci, nutririque crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in celum, sedere ad dexteram patris, venire ad iudicandos viuos & mortuos, diuine tantum voluntatis fuerit que nichil horum in se sine carnis recepit veritate, que natura unita nature patris natura est spiritus sancti, simulque impassibilis simulque incommutabilis sempiternae trinitatis indiuisibilitas, & unius voluntatis equalitas, unde si aliquis malevolentis homo, aut infidelis quisque desciscit ne conuincatur deitatem passibile sentire atque mortalem & tamen verbi incarnati, id est verbi & carnis unam ausus fuerit pronuntiare naturam, manifeste in aperta, & ideo odibile transit insania, qui mediator dei, & hominem Iesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec verum in Christo corpus sed fantasma eius corporis specie oculis apparuisse cernentium. Que impietatis mendacia quonia olim fides catholica detestatur, & talia assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eam nos fide predicare atque defendere quam sancti apostoli docuerunt, & hactenus eorum suorumque successorum sequens sancta hec Romana & apostolica ecclesia doctrinam tenuit, ac tenet, docuit, & docet. Siquidem enim ita sunt obcecati, & a lumine veritatis alieni ut verbi dei a tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum euangelio veritatis qua ratione concordent, si per virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest euangelista dicente quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis ita negari non potest beato apostolo Paulo predicante quod deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Que autem reconciliatio esse posset qua humano generi repropiciaretur deus, si hominis causam mediator dei & hominum non susceperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris implet nisi qui in forma dei equalis est patri, in forma serui particeps esset & nostri, ut mortis vinculum unius preuaricatione contractum unius morte qui solus morti nichil debuit solueretur? Effusio enim iusti sanguinis Christi tam fuit diues ad precium, ut si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vinculum retineret, quonia sicut apostolus ait. Vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia. Et cum sub peccati preiudicio nati potestate acceperint ad iusticiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti presidio spem relinquunt, qui in saluatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, quo sanguine sunt redempti? Quis est ut apostolus ait qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem suauitatis, aut quod unum sacrificium fuit sacratius quam verus & eternus pontifex altari crucis per immolationem sue carnis imposuit? In conspectu domini preciosa mors iustorum fuit, nullius tamen infantis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas, de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientie, non dona iustitie. Singulares quippe singulis

mortes fuerunt, nec alterius quisquā debitum suo sine persoluit, cum filius hominis, vnus solus dominus noster Iesus Christus, qui vere agnus erat immaculat⁹ extiterit. In quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati de quibus ipse dicebat. Cum exaltatus fuero a terra omnia trahā ad me ipsū, fides etenim iustificās impios & creans iustos ad humilitatis retracta participium, in illo acquirit salutem in quo solo homo se inuenit innocētem, liberū habens per gratiam dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostre humilitate cōgressus. His victoriam suam tribuit, in quorū corpore triūphauit. Licet ergo in vno domino nostro Iesu Christo, vero dei atq; hominis filio verbi, & carnis vna persona sit, que inseparabiliter atq; indiuisē habeat actiones cōmunes, intelligende tamen sunt ipsorū operum qualitates, & sic vere fidei cōtemplatione cernēdum est, ad que prouehatur humilitas carnis. Et ad que inclinetur altitudo deitatis quid sit quod caro sine verbo non agit, & quid sit quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice dedaratum, sine veritate carnis non iuberetur transferri in egyptum puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi potentia nō diceret vox patris missa de celo, hic est fili⁹ meus dilect⁹ in quo michi bene cōplacui, ipsum audite, & sine veritate carnis nō protestaretur Iohannes ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia redintegratio non fieret debiliū, & viuificatio mortuorum, & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dominus patri profiteretur equalem, & sine veritate carnis, non idem diceret patre se esse minorem cum catholica fides vtrūq; suscipiat, vtrūq; defendat que secūdum confessionem beati Petri apostoli vnū Christum dei viui filium & hominem credit & verum, Christus deus noster verum ita inter deum & hominem mediator apparuit, vt in vnitae persone copulans vtrāq; naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Quid igitur? Cum christ⁹ sit deus & homo, loquitur homo & calumniaris deo? Ille in se naturam commendat humanam, in illo audes deformare diuinam? Gemina ergo est substantia Christi diuina scilicet quia equalis est patri, humana vero quia minor est patre, vtrūq; autem simul non duo, sed vnus Christus, ne sit quaternitas deus. Sicut enim vnus est homo in anima rationali & carne, sic vnus est Christus deus & homo, & per hoc Christus deus anima rationalis & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Deuste conuertat in bonum frater & recte fidei normā te in omnibus tenere & docere concedat. Amen. Data kalē das Maii, Iustiniano quarto & theodato, iiii. cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SILVERII PAPE.

Epistola amatoris episcopi ad eundem.

A



BEATISSIMO SILVERIO AMATOR EPISCOPVS, A QVI busdam pater dilectissime illis a patribus aduētantibus audiui⁹ vos a sede sancti Petri iniuste pulsum exilio destinātū. Quod nimis graue ferentes misimus parua munuscula, id est argēti libras. xxx. ad vestra vestrorūq; sustentationē que petimus, vt ita grato animo suscipiatis, sicut grata mittuntur intētionē. Precamur quoq; vt per vestra epistolam nobis remēdare nō dedignemini qualiter circa vos sit actum vel modo agitur, vt certā rationem de vobis scire & fratribus valeā nuntiāre. Quid enim putas de nobis fieri pater summe, cū de summo pastore, & vicario sancti Petri talia fiunt. Vos tamē nolite multum tristari, sed cōfortamini semper in domino quoniam potens est diuinitas immensē tēpestatis incerta bono serenitatis amouere. Ora pro nobis beatissime papa.

Rescriptum eiusdem ad amatorem episcopum.

B



ILECTISSIMO ATQVE AMANTISSIMO AMATORI EPI scopo Siluerius. Oquā bona est charitas, que absentia per imaginem presentia sibi met ipsi exhibet per amorē. Diuisa tangit, cōfusa ordinat, inequalia sociat, imperfecta perficit. Q; recte predicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidē cetere perfectionē generant, sed tamen eas charitas ligat, vt ab amātis mēte dissolui iam nequeāt, hac itaq; virtute fater charissime plenū te reperio dū nō solum de me suscitando, & visitando curā habes, sed etiā bonis tuis me fulcire & sustentare nō desinis.

Quāta autem

Quanta autem mala in me peracta sunt, nec enarrare, nec scribere tibi per omnia possum. Ante omnia vero patricia infesta michi erat eo quod non restituebam antemium dudum patriarcham Constantinopolitanum, quem sancte memorie agapitus predecessor meus suis meritis donauit. Virgite quoque eius iussione exierunt quidam falsi testes dicentes aduersum me crimina quorum particeps non fui. Sed dum multi in eadem accusatione persistenter, timuit iulianus patricius noster, & mandauit me ad se venire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palatium principis & ad primum & secundum velum retinuit omnem clerum & populum qui mecum veniebat, & nullum permisit introire, nisi me solum & vigiliu diaconum meum. Me verum retento, & ante predictam patriciam deducto miserunt in exilium, in quo modo sustinetur pane tribulationis, & aqua angustie. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimitto officium meum, sed cum episcopis quos congregare potui eos qui talia erga me egerunt anathematizavi, & una cum illis apostolica synodali auctoritate statui nullum unquam taliter decipiendum sicut deceptus sum, & si aliquis deinceps ullum unquam episcoporum ita deciperet anathema maranatha fieret in conspectu dei & sanctorum angelorum. Similiter sanctorum patrum roborantes decreta statuimus, licet sepius iam statutum fuerit, nec falsos, nec inimicos suspectos accusatores vel testes unquam super episcopos suscipi eis nocere nullatenus posse, quia falsam, aut odiosam vocem aut funestam potius interdici quam audiri sanctis patribus placuit. Summopere charissime tales cauendi sunt, & auertendi atque reiciendi, si nocentes apparuerint, quia non solum ecclesiastice, sed etiam seculi leges tales non suscipiunt sed repellunt, unde scriptum est. Os impiorum deuorat iniquitatem, & dominus per prophetam loquitur dicens. Cum sancto sanctus eris. Et cum viro innocente innocenter agis. Cum electo electus eris. Et cum peruerso peruerteris. Et apostolus inquit peruertunt mores bonos colloquia mala, idcirco ut iam prelibatum est mali semper cauendi, & bonis atque beniuolis est inherendum, ut periculum desidia quantum possumus deuitemus, & ne pestis hec latius diuulgetur seueritate qua possumus abscindamus, quoniam non temeritas interuenit presumptionis ubi est diligentia pietatis. Agat semper unusquisque vestrum hac informatione apostolica fultus iuxta vires suas, & fraterna dilectione a sancta religione mores proprios conseruare, & in comunione alterutrum adiuuare, & in charitate permanere, & dei voluntati indefinenter studeant inherere, ut simul laudantes dominum indefessas illi gratias semper agamus, vale in Christo semper, & predicta prout melius poteris domino opem ferente adimplere, & reliquos fratres apostolica auctoritate informare studeto. Data, ix, Kalends Decembris. Iustiniano, v, & iuliano, iiii, cc, consulibus.

Epistola Silverii pape ad vigiliu papam.

SILVERIVS EPISCOPVS VIGILIO, MVLTIS TE TRANSGRESSI- A
 onibus irretitum sacerdotalis iamdudum nouit generalitas. Et quia cruciatis humano sanguine manibus decessoribus nostris peruicacia tua subripiens leuiticis presumpseris excubare mysteriis, plerique nouerint fidelium. Nam quia contra iura canonica temporibus sancte memorie Bonifacii pape, ipso viuentis successor eius designari conabar, nisi tibi amplissimi senatus obuiasset iustitia, tunc prouidentia pastoralis auspicia tua pontificali auctoritate execranda iam debuerat detruncari. Sed dum paruulum vulnus in te neglectum est, insanabile adcreuit apostema quod nisi ferro altius abscindatur fomentorum sentire non potest medicinam, quippe qui nequissimi spiritus audacia, ambitionis frenesim concipiens in illius apostolici medici cui animas ligandi soluendi collata & concessa potestas est versaris contumeliam, nouumque scelus in apostolica sede rursus nitaris inducere & in more symonis cuius discipulum te ostendis operibus data pecunia, neque repulso qui fauente domino tribus iam iugiter emensis temporibus ei presideo tempora mea nitaris inuadere. Habe ergo cum his qui tibi consentiunt pene donationis sententiam, sublatumque tibi nomen & munus ministerii sacerdotalis agnosce sancti spiritus iudicio, & apostolica a nobis auctoritate donatus. Sic enim decet fidem sanctorum patrum in ecclesia seruari catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabiliter temeritate quod non accepit assumpserit. Data octauo Kalendas Iulii principi Basilii, Celsus Silue rius papa urbis eterne huic decreto anathematis in vigilio peruasore facto, ad omnia statuta consensus prebens subscripsi pariter, & quattuor episcopi subscripserunt, id est terrocinensis, fundanus, firmensis, & meterrensis. Data ista cartula per anastasium subdiaconum.

INCIPIUNT DECRETA VIGILII PAPE.

Incipiunt Capitula.

- | | | | |
|------|--|-----|--|
| i | De priscillianistis qui ab esu carniū se subtrahunt. | v | De pasche festiuitate & precum ordine ac missarum solenniis. |
| ii | De trina merfione. | vi | Quod in nomine trinitatis debeat baptizari. |
| iii | De his qui ab Arrianis iterum baptizantur. | vii | Quod beati apostoli Petri Romane scilicet ecclesie sedes sacerdotalis mater sit dignitatis, atque ecclesiastice magistra rationis. |
| iiii | De ecclesiarum restauratione in fabricis vel dedicatione quid sit obseruandum. | | |

Capitulum primum.

A ILECTISSIMO FRATRI EVTERO VIGILIUS, DIRECTAS ad nos tue charitatis epistolas plenas catholice inquisitionis sollicitudine gratāter accipimus, benedicentes dei nostri clemētiā, quia tales extremis mundi partibus dignatur suis ouibus prouidere pastores, per quos & pascuis valeant salutaribus habundare, & ab antiqui hostis rapacitate seruari, ut insidias nequeat eius subreptionis incurrere, unde certum est, quia promisse vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis celestium perfectio doctrinarum tam votiua sciscitatione perquiritur. Scriptum est enim. Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum. Hoc igitur frater charissime me propositum tue consultationis tota mente tractantes, de te quoque prouenire contēdimus, qui regulā catholice fidei iisdem studeas tenere vestigiis. Quibus eam apostolica fide cognoscis esse fundatam. Et quāuis sonus eorum toto orbe diffusus & usque ad fines orbis terre verba eorum distensa dilectionis tue corda Christo probauerint esse fidelia. Tamen si quid ex his in ecclesia que tue gubernationi deo auxiliante commissa est, nec dum plena luce claruerit, ad eundem fontem, de quo illa salutaris manat limpha recurritis, id est quod debita charitate sumus amplexi, quia fiducialiter de his unde apud eos obseruantiam esse dixistis ambigua nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino salutantes de singulis quid iuxta catholicam disciplinam teneat apostolice sedis auctoritas subiectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum te credimus instruendum. Ac primū his quos priscilliane heresis indicasti vitiis inquinari sancta & cōuenienti religioni catholice eos detestatione iudicas arguendos, qui ita se sub abstinentie simulate pretexto ab eis videntur carniū submouere, ut hoc execrationis potius animo quā deuotionis prebentur efficere, in qua re quia nefandissimis manicheis esse consimiles approbantur, iuste patrum venerabilium constitutis, ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum contagione carniū creditur esse pollutum, quia de his omnibus que ad humanū victum mia dei contulit nichil catholicis esse videatur immundum. Sic enim titum doctor gentium Paulus monet apostolus dicens. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nichil est mundum, sed polluta sunt eorum mens, & conscientia, deum continentur se nosse factis autem negant, abominabiles & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Similiter & alio in loco ad timotheum de huiusmodi cauendis erroribus predicauit dicens. In nouissimis temporibus discedet, quidam a fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in yprochrisi loquētiū mendacium & cauteriatā habentium suam conscientiam prohibentes inubere, & abstinētes a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatē, quia omnis creatura dei bona est, & nichil reiiciendum quod cum gratiarū actione percipitur. Hec igitur sequentia patrum venerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse dānandos, qui cū carnibus abstinerent ea quoque credebant esse vitanda que carnibus fuisse videbantur admixta. Nam & ipse dominus noster Iesus Christus ita premonuit dicens. Non quod intrat in os conquinat homines, sed que procedunt de ore hec sunt que coinquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur domini creaturam recipimus in nostra societate.

De renascentium trina merfione.

Capitulum

Capitulum secundum.

De baptismo quoque solēniter adimplēdo similiter quid apostolica, vel sanxerit vel cōseruet aucto-
ritas, in subiectis tua charitas euidenter agnoscat, illud autē nouelli esse iudicantis erroris, quod cum
in fine psalmorū ab omnibus catholicis ex more dicatur gloria patri & filio, & spiritui sancto, aliqui
sicut indicas subducta sillaba cōiunctiua perfectū conātur minuere vocabulum trinitatis, gloria pa-
tri & filio & spiritui sancto, Quāuis ergo ipsa nos ratio euidenter edoceat, quia subducta vna sillaba
personā filii & spiritus sancti vnā quodāmodo esse designant, tamē ad errorem taliū conuincendum
sufficit, quod dominus Iesus Christus designans in inuocatione trinitatis credentium debere ba-
ptisma celebrari dixit. Itē docete omnes gētes baptizātes eos, In nomine patris & filii, & spiritus san-
cti. Ergo cum nō direxit, in nomine patris & filii & spiritus sancti, sed equalib⁹ distinctiōibus patrē
& filiū & spiritum sanctū iusserit nominari, cōstat illos omnino adeo doctrina inimica deuiare qui
aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permāserint, socii nobis esse nō possunt.

Capitulum tertium.

Da his etiā qui baptismatis gratia salutaris accepta apud artianos iterū baptizari profunde vorā-
ginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel etates antecessorū nostrorum decreta cōser-
uant que multiplices sunt digesta ratione, & nostro scrinio releuata capitula his subiecta direximus,
in quibus tamē illud speciali charitate etiā cōuenit obseruari, vt quia pro peccatis plurimis ingenti-
bus iniquitas ipsa surrexit in estimatione fraternitatis tue aliorūque pontificum per suas dioceses re-
linquatur, vt si qualitas & penitentis deuotio fuerit approbata, indulgētie quoque remedio sit vicina.
Quorum tamen reconciliatio non per illā impositionē manus que per inuocationē sancti spiritus
operatur, sed per illā qua penitentiae fructus acquiritur, & sancte cōmunionis restitutio perficitur.

Capitulum quartum.

De fabrica vero cuiuslibet ecclesie, si diruta fuerit instaurāda, & si in eo loco consecrationis solēni-
tas debeat iterari, In quo sanctuaria non fuerint, nichil iudicamus efficere, sed per eam minime aqua
benedicta iactetur, quia consecrationem cuiuslibet ecclesie i qua spiritus sancti ara non ponitur, cele-
bratē tātum scimus esse missarum, & ideo si qua sanctoꝝ Basilica a fundamentis etiā fuerit inno-
uata, sine aliqua dubitatione cum i ea missarum fuerit celebrata solēnitas, totius sanctificationis consecra-
tionis implebitur. Si vero sanctuaria que habebat ablata sunt, rursus earū depositione & missarū so-
lennitate reuerentiam sanctificationis accipiet.

De pasche solennitate & precum ordine.

Capitulum quintum.

Pascha vero futurum nos, si deus voluerit. xi. kalēdarum maiarum die celebraturos esse cognoscite. **D**
Ordinem quoque precum i celebritate missarum nullo nos tempore nulla festiuitate significamus ha-
bere diuisum, sed semper eodē tenore oblata deo munera cōsecrare. Quoties vero paschalis, aut ascē-
sionis domini, vel Penthecostes, & Epiphaniē sanctorūque dei fuerit agenda festiuitas, singula capi-
tula diebus apta subiungimus, quibus cōmemorationē sancte solēnitatis, aut eorum faciamus quorū
natalicia celebramus, cetera vero ordine consueto persequimur. Quapropter & ipsius canonice p̄cis
textum direximus subter adiectū, quē deo pp̄tio ex apostolica traditione suscepimus, & vt charitas
tua cognoscat, quibus locis aliqua festiuitatibus apta cōnectas, paschalis diei preces simul adiecimus.
His igitur fraternitatis tue inquisitioni respōsis dominū nostrum quātum possumus exoramus, vt
omnibus catholice religionis ecclesiis circa vniuersos quos fideles sibi efficit, gratie sue dona multipli-
cet, & ab omnibus insidiis spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos redigere dignetur
immunes. Significatur etiā beatorum apostolorū vel martyrum sicut speramus sancto nos affectui tuo
direxisse reliquias, presumētes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adiuuandam.

Capitulum sextum.

Quis episcopus, aut presbyter iuxta prescriptum domini non baptizauerit In nomine patris **E**
& filii, & spiritus sancti, sed in vna persona trinitatis, aut duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus
filiis, aut trib⁹ paracetis, proiciatur de ecclesia dei.

Capitulum septimum.

Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamentū, **F**
& forma sit ecclesiarum, a qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat
quoniā licet omniū apostolorū par esset electio, beato tamē Petro concessum est vt ceteris premine-
re.

pp. i.

ret, unde & cephas vocatur, quia caput est & primus omnium apostolorum. Et quod in capite precessit in membris sequi necesse est. Quobrem sancta Romana ecclesia eius merito domini voce consecrata, & sanctorum patrum auctoritate roborata primatum tenet omnium ecclesiarum, ad quam tam summa episcoporum negotia, & iudicia atque querele, quam & maiores ecclesiarum questiones quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & qui se scit aliis esse prepositum, non moleste ferat aliquem esse sibi prelatum, ipsa namque ecclesia que prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in parte sint vocate sollicitudinis non in plenitudine potestatis, unde omnium appellantium apostolicam sedem episcoporum iudicia & cunctarum maiorum negotia causarum eidem sancte sedi reservata esse liquet, preterea cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum cuius tramiti si quis obviare temeraret sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum. Data Kalendas Martii vuisiliano, & Iohanne. iiii. cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA PELAGII PAPE.

Epistola Pelagii pape ad vigiliam.

A



ELAGIUS EPISCOPVS VIGILIO COEPISCOPO SALV-
tem. Gaudeo fidei deuotione tue quod religiosum studium & diuinum officium
dignanter impendis, & maxime quod fidei inimicos emularis apostolice se-
dis queres exempla didici sane tam per latorem tuarum quam & per litteras tuas quod
sint quidam penes vos qui dicentes garrunt. Qualiter pater & filius vnus potest
esse deus, cum preter patrem alius non sit deus qui dicatur ingenuus atque in-
uisibilis: hi sane si scirent donum dei, & vere fidei regulas intelligerent, nequaquam ta-
lia mularent, sed quia non habentes munda corda que videre secreta dei & intelligere mysteria va-
leant diuina, & mundanda sunt prius corda eorum per penitentiam ut intelligere postmodum, & cape-
re lumen veritatis possint. Quibus tamen ad eorum ac multorum illuminationem corrigendo talium
errorem apostolica auctoritate respondendum est ita. Quomodo vos patrem & filium vnum profiteri non
vultis? Eos etiam nos vnum & verum deum a prophetis & apostolis ostendimus predicatum, a quibus etiam
spiritum credimus sanctum non esse discretum. Elia propheta dicente. Ego sum deus, & non est alius preter
me. Et per memet ipsum iuro, quia exiit ex ore meo veritas, & sermo meus non auertitur, quia michi
inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per dominum dicens, iusticia & gloria ad eum veniet.
Et ut hoc in testimonio patrem simul & filium cognoscas fuisse paulum audi dicentem, ut in nomine inquit
Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & inferorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus
Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotentis. Quod si iste filius minor est patre suo, ergo mi-
norata est gloria patris in filio. Et ubi est quod in salomone scriptura loquitur dicens, sicut etiam in conspe-
ctu eorum inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognos-
cant te sicut & nos cognouimus, quoniam non est deus preter te domine. Diligenter attende & agnosce
filium esse, qui magnificabitur in iudicio dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Elia. Au-
dite domus Iacob & residuum domus israel qui egredimini ex utero meo, & erudimini a puero usque
ad senectutem. Ab initio ego sum, & quo usque senescatis ego sum. Ego vos feci, & ego sustineo. Ego
remittam, & ego suscipiam dicit dominus. & iterum. Ego sum dominus deus, & propter me non est alius deus
annuntians nouissima priusquam fiat, & statim consummata sunt. Item alibi. Audi me Iacob & israel
quem ego feci. Ego sum dominus deus tuus, & non est alius propter me. Item alibi. Ego sum dominus
deus tuus primus & ego nouissimus, & in ea que superuentura sunt in nouissimo ego sum. Item alibi.
Ego sum deus qui te creauimus, qui te adiuuimus, & communimus dextera mea, & unitatem patris, & filii assis-
gnans loquitur dicens. Ego testis vestester dicit dominus deus, & puer meus tu quem ego elegi, ut
sciat & credatis, quia ego sum, ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Vnum heretice
elige e duobus, aut fateri patrem & filium vnum deum, aut si solum patrem deum esse con-
tendis. Ergo tibi dominus deus Iesus Christus dei filius non erit deus, quia scriptum est.
Ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Si secundum te ita est, cur apostolus talia
predicat & eundem filium deum super omnia benedictum insinuat? Quorum patres inquit
ex quibus Christus secundum carnem qui est super omnia deus benedictus in secula. Item elias dicit.
Dominus deus israel, qui liberabit eum de egypto. Ego sum primus & ego post hec, & preter me
non est

non est deus, sicut ego sum qui stet, & vocet, & preparet michi ex quo hominē feci in seculum. Item ibi, iste est deus & nesciebamus, deus & nō est alius deus preter te. Tu enim es deus & nesciebamus, deus israel saluator vn⁹ de⁹. Non sunt pater & filius dī, quia est deus in quo esse dicitur deus preter quē alium deū nō esse ppheta sepe numero protestatur. & Hieremias. Hic deus noster ait, & non applicabitur alter ad eū, qui inuenit omnē scientiē viā. & dedit eā Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hec in terris visus est, & inter homines cōuersatus est. Et in salomone. Miserere nobis deus omniū. Et ostēde nobis lumen miserationis, & immitte timorē tuum super gentes que nō exquisierunt te, & cognoscant, quia nō est alius deus nisi tu. Item ibi. Domine deus israel nō est tibi similis in celo sursum, neq; i terra deorsum, & in psalmo. xvii. Quoniā quis deus preter dominū, aut quis deus preter deum nostrum? & in geneleos. Et pluit dominus a domino ignem & sulphur super Sodomā & Gomorrā, & evertit ciuitates illas. Si solus pater deus est, quis pluit ignem & sulphur a domino, vel supradictas ciuitates evertit? Quoeso responde. & deuteronomiū. Dominus solus deducebat eos, & non fuit cum illis deus alienus, Et paulus apostolus vnus deus qui iustificat circūcisionē ex fide & preputiū per fidē, & ad Corinthios. Deus erat in Christo mundū reconciliās sibi, & iterū. Non est deus nisi vnus, & ad Galathas. Mediator autē vnus non est. Deus autē vnus est. Et vnitatem patris & filii & spiritus sancti demonstrans ephesiis scribens ita cōfirmat. Sufferētes inuicem in charitate solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vnū corpus & vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vr̄e, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus. Si enim p̄dicti heretici vnitatem fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc iam testimonio in vno spiritu possunt simul patris & filii vnitatem cōdiscere, patrē igitur vt ipsi se dicunt inuenisse in diuinis litteris ingentum proprie positū nec legere possunt penitus, nec pbare. Sed quia id ipsum fides exigit Christiāna absq; vlla dubitatione ingentus creditur, qui tamē secundū seriē scripturarum in filio a se genito visus esse mōstratur. Apostolus vero Paulus missionē filii dei in spiritu sancto lōge ante cōspiciens. Romane ecclesie scribens hec testatus est dicens. Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē deus filiū suū misit in similitudinē carnis peccati, & de peccato dānauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur. Cernis ne quoniā filius nō secundū deitātē a patre missus est, sed secundū carnē quā clementer & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nā quod semet ipsum exinanita maiestatis sue potētia, idē se filius miserit apostolus contestatur dicēs. Semetipsum exinanīuit formā serui accipiens, humiliāuit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Et esaias. Nō legatus, neq; angelus, sed ipse dñs veniet, & saluabit eos. Item ibi. Palā apparui nō querētibus me, & in hieremīa. Dereliqui domū meā, dimisi hereditatē meā, & veni, & fact⁹ sum illis in oppropriū, & in Michea. Ecce dñs veniet & cōmouebuntur montes sub eo, & in Zacharia. Gaude & exulta filia sion, quia ecce ego venio, & cōmorabor in medio tui dicit domin⁹. Et apostolus ad Timotheū, fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, & Malachias. Ecce subito veniet in tēplo suo domin⁹ quē vos queritis, & angelus testamēti quē vos vultis, & in euāgelio. Nō veni vocare iustos sed p̄ctōres in penitētia, iterū ibi. Quid nobis & quid tibi Iesus fili dei, venisti ante tēpus p̄dere nos? Itē ibi venit filius hoīs querere & saluū facere qd̄ perierat. Itē ibi. Ego veni vt vitā habeāt, & vt habūdātius habeāt. Itē ibi. Nemo ascēdit i celū nisi qui descēdit de celo fili⁹ hoīs qī ē celo. Nūquid in his tātis actalibus testimoniis, quibus se filius dei a semetipso venisse testat⁹ est poteris dicere ab alio & nō a semetipso venisse. Dū manifestū est eum q carnē nostrā dignāter assumpsit volūtariē & nō ab alio missus aduenerit. Nā q in patre manens vbicq; potētia sua cōsistit vbi a patre mitteretur omnino non habuit. Scimus enim quoniā nulla pars celoꝝ ac terre a cōspectu patris excipitur, vbi scdm̄ eos a patre fili⁹ mitteretur. Interim vero det operā quātū fieri pōt tua dilectio, vt oibus ecclie filiis inotescat, qd̄ cōtra impiū sensū secūdū euāgelicā doctrinā & apostolicā p̄dicem⁹, qā licet plene que semper fuisset atq; esset catholicōꝝ snia scripserim⁹, tamē nūc quoq; ad cōfirmādas omniū mētes nō parū exhortatiōis addimus. Memor enim sum me sub illi⁹ nomine ecclie p̄sidere, cuius a dño Iesu xp̄o est glorificata cōfessio, & cuius fides oēs qd̄ hereses destruit, sed maxime impietātē p̄sentis erroris expugnat, & intelligo aliter michi nō licere, q̄ vt oēs conatus meos ei causē i qua vnīuersalis ecclie salus infestatur impēdā. Ne autē aliqua negligentie occasione scripta nostra ad vos nō potuerint peruenire, & exemplaria eorum nunc mittēda credimus, vt nullomodo fidei quā defendimus, p̄dicatio vestre doctrine noticiē subtrahatur. Data. v. nonas Maii Iohāne & marsete. iiii. cc. consulibus.